



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Petri Petiti Philosophi & Doctoris Medici, Miscellanearum  
Observationum Libri quatuor**

**Petit, Pierre**

**Trajecti ad Rhenum, 1682**

Cap. V. Locus Aristotelis initio Naturalis Auscultationis aliter citatus a  
Galeo, quam in nostris libris exstat.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-13245**

sum naturæ rerum cupidis qui non legerunt, visant  
lib. 4. de Partibus Animalium, capite 6. & 10.

## CAPUT V.

*Locus Aristotelis initio Naturalis Auscultationis  
aliter citatus a Galeno, quam in nostris libris  
exstat.*

**H**unc locum ita expressum habemus. Οὐτε τῷ γεωμέτρῃ ὄντι λόγῳ ἐσὶ ἀρχὸς τὸν ἀ-  
νελάντας αἴρχας, ἀλλὰ ἡτοιέτερας ἔπισημος,  
ἢ πατῶν κοινῆς ἐτῶς ὅνδε τῷ περι αἴρχων. Quæ  
sic Latine converti possunt: *Quemadmodum*  
*enim Geometræ non est amplius disputatio adversus eum, qui*  
*Geometriæ principia evertit: sed hec disputatio aut alterius est*  
*scientiæ, aut omnium communis: sic nec cuiquam de principiis.*  
Ita enim istud, τῷ, ita scriptum sine accentu, verten-  
dum est: non autem ut vulgatæ horum librorum versiones  
habent, ei vel illi, quæ de principiis. Ut omnibus non im-  
peritis Græcæ linguae notum est. Sensus est: sicut Geo-  
metræ non est ad eum ratio, sive disputatio; qui tollit  
principia: sic nec cuiquam de principiis, *supple*, scientiæ  
quam profitetur, est disputatio. Quin hæc vera sit lectio  
hujus loci nullus dubito, cum & bonum sensum exhibeat,  
& per omnes libros obtineat.

Non tamen silentio præterire possum, aliter a Galeno ci-  
tari hunc locum lib. I. περὶ εοιχείων: hæc sunt Galeni ver-  
ba: Οὐ γὰρ ἀντιλέγων τοῖς ἀναιρέσσιν ἥστινοσοῦν τέχνης τὰς  
αἴρχας, ἐχότεχνίτης ἐσὶ τῆς ἀναιρέσιμης τέχνης, ἀλλ' ἔτε-  
ρος τις. οὐτε δὲ σοι γένηται δῆλον κακή της ἐπίσολέλας ἕρσεως ἑ-  
χούσης ὁδε. οὐτε γὰρ τῷ γεωμέτρῃ ὄντι λόγῳ ἐσὶ ἀρχὸς

τὸν

τὸν ἀναιροῦντα τὰς ἀρχὰς, ἀλλ' οἵτοι ἐτέρας ὑπεικόνις, ἢ  
κοινὴ πασῶν, ὅντως ἴνδε φυσικῷ. Ita τῷ, pro articulo habet,  
& vocem supplet, φυσικῷ; quæ in nostris libris desidera-  
tur. Præterea pro his: ἡ πασῶν κοινῆς, in genitivo; Gal-  
enus legit κοινῆ, hoc est, communiter. Quod & explicat  
deinceps: Τοῖς γὰρ ἀναιρεῖσι τὰς ἀναργύρως Φαινόμενα, ἡ κοινὴ  
πάντας ἀνθεώπτες μέμφεται προσῆκεν, ὡς ἀνατρέπουσι τὸν  
εἰον, ἡ τέχνη τινὰ ὑπὲρ τῶν ἀρχῶν ἀγωνίζομένην προσήκα-  
δαι. i. Iis enim qui manifeste apparentia tollunt, succensere o-  
portet: utpote qui vitam destruant; aut aliquam artem oppo-  
nere, quæ pro principiorum salute pugnet. Ultraque lectio de-  
fendi potest, sed mihi prior præferenda videtur. Tum quia,  
ut dixi, hanc habent omnes libri, tum quia magis Aristote-  
lica. Magis enim Aristotelica, quæ magis plene verita-  
tem tradit. Hoc enim vult Aristoteles: ut Geometræ non  
est ratio adversus eum, qui tollit sua principia: sic nec  
cuiquam professori cujusque scientiæ particularis, ratio  
est de principiis, hoc est, qua probet sua principia, e-  
jus scilicet scientiæ, quam profitetur. Sic &, πασῶν κοι-  
νῆς, malim legere, ut in editis libris, quam κοινὴ πα-  
σῶν hanc enim lectionem solus Galenus: illam nobiles  
Aristotelis interpres, Themistius, Simplicius, Philoponus  
agnoscunt, & πασῶν κοινὴν ὑπεικόνιον exponunt aut metaphy-  
sicam, aut dialecticam.